

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus f  
cum uariis

Que sit causa dilacionis eius ut reueletur in tempore suo scitis, aperte hoc dicere noluit et ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, peruenire cum labore ad id quod sensit apostolus cupimus nec ualemus, presertim quia et illa que addidit hunc sensum faciunt obscuriorem. Iam enim misterium iniquitatis operatur. Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat; et tunc reuelabitur iniquus. Ego prorsus quid dixerit me fateor ignorare. Suspiciones tamen hominum quas uel audire uel legere potui non tacebo.

Augustinus ibidem capitulo XIX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

eius *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nec] non *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; addidit] addit L<sup>2</sup>; faciunt] faciu (*cor. supra lin.*) M; tantum qui] tamen que P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>